

dem modo noster in fragmento quodam apud Suidam ²⁶⁾ Jovem invocat *ἑλασιβρόντα παῖ' Ῥέας.*

Consentit mecum cel. Gedike ²⁷⁾ dicens: „Wie viel stärker, kühner und lebhafter ist das Bild des Donners, als eines schnellen Pferds, vom Jupiter getrieben!“ Conferri potest Horatii ²⁸⁾ locus — — namque Diespiter — — per purum tonantes

Egit equos volucremque currum.

Sublimis haec est & vere lyrica Protopopoeia, ab atrae tempestatis rotantis coelumque contrahentis specie & tonitru aërem perstreptentis cum curru similitudine petita, unde mythica demum fictio de Pegaso enata est. Cui hic non succurrant Kleistii gravissimi versus:

Sein Wagen sind die donnernden
Gewölk',

Und Blitze sein Gespann.

Minime vero *ἀκαμαντόποδος* simpliciter indefessi est vertendum. Sed cum poëta semel

B 2 equi

26) vid. Pindari fragmenta collecta a cel. Schneider, p. 97 Nro. CXXXI.

27) in vers. germ. p. 38.

28) Odarum I. 34. 5. cf. I. 18. 58.